

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De sanctis Fundatoribus Religiosi Ordinis. Virtutum Patris Nostri gratia non
tam sermonibus exprimenda, quàm operibus comprobanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

spera sua, sciens quid Deus non parceret delinquenti; Et semper quasi tumentes super se fluctus timores Deum, & pondus eius ferre non posset; Id est, dum cogitaret se habitaram Deum offendit, si se impudentiae daret; sese continuit, ne Deum haberet offendit: sive sibi ad vigilans, nullum aut exiguum in ordinati animi signum dedit. O quanta vis vigilante, cum divina gratia! O quanta mentis incuria, quae sic sibi non vigilat!

III. PUNCTUM.

S. Petri. I.

QUANTVM ergo cuique est vigilante, tantum est Virtutu & meriti; Quia tantam sibi quisque vim facit ad subjiciendum Rationi appetitum, quam ad id affectum curam & solicitudinem, ex qua subjectione appetitus, tota est Virtus & omne mesitum. *Vos autem curam omnium habibentibus, inquit S. Petrus, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam: Et quæ plura prosequitur de singulis virtutibus, quæ ab illa cura procedunt: Tum vero pergens, Cui enim, inquit, non praestò sunt haec, ecce est, & manu tentans. Quasi diceret: Totum est à vigilante; Si cui virtus ira est comparata & acquisita, ut praestò sit ad omne opus, inde est quia ille oculatus & vigilans fuit ad cre-*

bros virtutis actus exercendos. Si cui verò non praestò est virtus, non aliunde est, quād quod is veluti cæcus fuit, minimè vigilans ad rationis ductum & Gratiae.

*Atque hinc mystica illa repræsentantur animalia, plena oculis antè & retro, in circuitu & intus, id est, in ipsis oculis alij sunt oculi, ut qui vigilans magis adhuc ad vigilant, sicut qui iusti & sancti sunt, magis adhuc iustificentur: Unde Ibid. 22. est illud Apotholi: *E vigilate iusti, & nolite peccare;* id est, tantum adhuc vigilante, quantum necesse est, ad omnes prorsus peccatum evitandum; vel potius quantum novæ in dies adhibetur vigilante, tanto minus peccabitis; Et tanto major fiet vobis accessio. *Iustitia seu virtus & meriti.**

Nihilne te ista movebunt ad maiorem vigilantiam? Nihilne te illud Christi Domini, Esto Apoc. 3. vigilans; Nisi vigilaveris, veniam ad te, tamquam fur, & nescies quā horā veniam ad te. Nonne omni hora potest venire? Nonne ergo omni hora vigilandum, ne te non vigilante impetrari? Nonne qui furem timer, eo cautius vigilat, quo certoscit in id furem maximè vigilare, ut in eum ipsum adoratur & spoliatur? Illumina Domine Ps. 12. oculos meos, ne am quam obdormiam in morte, ne quando dicat insimilis meu, pravulum aduersus m.

COMMUNIS OMNIBVS
SANCTIS, ORDINIS RELIGIOSI
FUNDATORIBUS.

Mortuus est Pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se. Eccles. 30.

Laudemus Viros gloriofos & Parentes nostros in generatione sua. Ibidem. 44.

VERITAS PRACTICA

Virtutum Patris nostri Gratia, non sermonibus exprimenda est, sed operibus comprobanda.
Hom. 2. de Eusebio.
VERBA sunt S. Maximi ie sancto Eusebio Vercellensi, quorum sensus non est, reticendam esse termone laudem illius Sancti, quem laudat, cum ipse sibi pugnaria dicere: sed potius quia illum maximè laudandum putat, sic à suis laudari vellet, ut nihil de eius laudibus detrahatur: si verò tantum sermone laudaretur & non operibus, multum de eius laudibus detractum putat. *Vnde, inquit,*

non sermons sed operibus, comprobanda est virtus eius gratia.

ATQUE hinc veritatis proposita Ratio est. Quia si à suis precipiū Fundator Religiosi Ordinis laudandus est, ut quod est precipiū in eius laude, non decerpatur.

Sed si tantum sermonibus & non operibus laudatur, quod precipiū est de eius laude, decerpatur. Ergo non sermonibus tantum, sed operibus est laudandus.

I. PUNCTUM.

EX multis quæ de hoc arguento habentur in Meditatione Communi sanctis Religiosi Ordinis



dinis Fundatoribus, pauca hæc ad Veritatis propositæ declarationem excerpisse sufficiat: Primum est, maximam ex fundatione ordinis colligi eorum gratiam, virtutem & meritum. Secundum deinde est, p̄cipuum inde mereri gratitudinem & laudationem à suis. Tertium denique, sic esse laudatos, ut quod est p̄cipuum in eorum commendationem & laudem, non retineatur. Quis hæc non probet? Quis Religiosi Ordinis filius suum laudare Parentem nollet? Quis in ejus laude quod p̄cipuum est & quod maximè facit ad Religiosi instituti & sancti Institutoris commendationem dissimulari vellet? Nonne prævaricari diceretur ille, qui coram populo Panegyricum sancti Patris aggressus, levia quædam & vulgaria tantum expiomeret, suppressis aliis, quæ vel maximè celebranda erant & ponderanda?

Non est quidem in immensum efferenda laudatio, ut adulatioñis aut amplificationis Oratioꝝ speciem p̄ficerat; sed neque est ita constringenda, ut quod ad Dei gloriam & Auditorum ædificationem dici posset, taceatur. Vide Ecclesiasticum, ut abunde laudat suos quosque præstantes viros. Legi Apostolat ad Hebreos, ubi eosdem antiquos Patres satis effusè commendat. Sic & consequentes anni Sanctorum vitas & illustriora facta, pie & religiosè venerati sunt. Ecce beatissamus eos, qui sustinuerunt. Percurre aliquid mente aut etiam ore, quod in honorem sancti profundas, & de quo hodie familiarem sermonem habeas.

II. P U N C T U M.

SED si tantum sermonibus exprimeretur ejus laudatio, & non operibus comprobaretur; quod p̄cipuum est in ejus laude, deserperetur.

Illud enim est p̄cipuum in aliquo commendando quod maximè id attingit, propter quod p̄cipue commendatur. Certum est autem sancti Ordinis Fundatorem à suis maxime hoc nomine coli, quia eorum Pater est & Institutori: unde sequitur quod quidquid spectat ad hanc institutionem, maximè spectat ad Institutorem. Et quò Institutum est nobilis aut sanctus observatum, certè & Institutoris gloria nobilior, & laus illustrior. Nam licet proprie vita filiorum vitam patris non attingat, & merita utrorumque ita personis definiantur, ut unusquisque quod gessit sive bonum, sive malum, id secum portet: si tamen ipsi es communem hominum sensum,

& humanam estimationem, eamque à ratione non abhorrentem: facile judicabis, probatos filiorum mores in Patris gloriam redundare, aut eorum degenerem vitam in ejusdem confusione & ignominiam quandam refluere. Unde aperite Sapiens, *Confusio Patris est de filio indisciplinata*; Vivit enim Pater in filii, & licet mortuus quasi non mortuus, similem enim reliquit sibi post se, in cuius scilicet similitudine ita vivat, ut si sancto Patri filius sit similis, sanctus in filio Pater habeatur, aut si filius dissimilis, certe ne quid filio simile dicatur de Patre: hoc saltem dicetur, non representari nec commendari Patrem in filio, & proinde quod est p̄cipuum in ejus laude deserpetur.

Neque verò id tantum ex vulgi aut hominum opinione, sed ex ipsius sancti Patris Fundatori, atque adeo ex ipsius Dei sensu id certissimum; quod si eorum mens & sententia quereretur, quæ re p̄cipue commendari vellent in terris, Sanctos Religiosorum Ordinum Institutores responderent haud dubie, illa p̄ouissimū, quæ peteretur ab instituti observantia, & constanti Religiosorum disciplina. Cum enim in Creatione talis instituti nihil aliud spectaret, quam diuinam gloriam & animarum salutem ac perfectionem, quæ inde sequebatur ad perpetuam posteritatem: Quid aliud desiderare modò possint, quam quod ipsi primò intenderunt? Quæ re una magis glorificari & gaudere possint, quam si quod instituerunt, sancte observetur? Aut quid tandem de sua glorificatione, de suo accidentalí gaudio, & de sua commendatione magis detrahī & decipi dicent, quam si quod maximè cupiebant, detrahatur?

Gaudium meum & corona mea, dicebat suis Apostolus: *Quæ est enim nostra fides, aut gaudium, aut corona gloria, nisi vos?* Quamdiu scilicet integratam virtutem servabant; unde si deflexissent in pravitatem, certè illud gaudium & coronam gloriae Apostolo detraxissent. Unde & ipse id: *Multis ambulanti, quos sapienter dicebam vobis, nunc autem & flos dico, inimicos Crucis Christi, &c.*

Ah quale probrum Patri à Flio, quando inimicum se ejus rei facit, quam p̄cipue dilexit Pater! Et quale probrum à Patre filio! Ne me voces Patrem tuum, qui te filium non novi: cum te per Crucem & disciplinam regligiosam in Christo generum, quam tu excusasti,

III. PUN-



III. PUNCTUM.

ERGO non sermonibus tantum, sed longè magis operibus à Religioso filio, sanctus Pater est laudans: Cum alioquin præcipuum ejus laudem laudando decerpere; quod certè impium & non ferendum. Nam si sanctus Chrysostomus sermonem integrum de hoc argumento instituit & more suo graviter & Christiane probat, non esse laudandos Martyres, aut esse imitandos; quanto magis id verum esse oportet de sancto Patre a filio, aut non laudando, aut imitando. Nam, ut ante dixi, immo ut dicit Apostolus, alioquin prævaricari est: *Siquae destruxi, inquit, iterum hac adfisco, prævaricatorem me consituo.* At tu qui laudando religiosissimum Patrem, destruis Sermone mundum & mundana, quæ conculcavit: nonne & ea rursus adficas, cum te &

opere te mundanum ostendis? Nonne ergo & te prævaricatorem constituis? Redite prævaricatores ad cor; VI D E T E vocacionem vestram; videte Patrem vestrum: Attende ad petram unde excisi estis, & ad cavernam lacis de qua precipiti estis; Attende ad Abraham Patrem vestrum: Et ad Saraham quæ peperit vos, quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicare eum.

QUOMODO obscuratum est aurum! mutatus est color optinus, dispersi sunt lapides Sanctuaris, in capite omnium platearum! Filii Sion incliti, & amicti, auro primo, quomodo reputati sunt in via a testa, opus manuum figuli. Candidiores Nazarei ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Saphyro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cognitis in plateis.

Hæc melius unusquisque de se dicat aut cogitet, quam de aliis.

COMMUNIS SANCTIS
VIRGINIBVS.

Prudentes acceperunt Oleum in vasis suis, cum lampadibus. Matt. 25.

VERITAS PRACTICA.

Virgo sponsa Christi aut est vigilans ad integrum perfectionem, aut non est
Prudens.

RATIO EST, *Quia in magnis cœpi, & jam forciter pene ad summum perduci, non est prudenter desicere ob exiguos qui superfluent sumptus.*

Sed si Virgo sponsa Christi non esset vigilans ad integrum perfectionem, ita desiceret.

Ergo aut erit vigilans, aut non erit prudens.

I. PUNCTUM.

ADVERTE primò quod quidquid dicitur de Virginibus, id tam compent virtutis, quam Virginitas aut castitas his verè convenit.

Secundò alias esse virgines mundi, alias esse virgines sponsas Christi, ut fuscæ habetur in meditatione de hoc argumento. Summa est, virginem sponsam Christi eam esse, quæ virgo est, ut sponsa Christi sit; & ut illi proprius adhæcat, & ei soli placeat. *Deppendi vos unu uiro, uirginem eam exhibere Christo.*

Tertiò denique talis virgo, & sponsa Christi non modo debet invigilare suæ puritati corporali, sed & ipsius animæ, *Vt sit sancta corpore & spiritu, & mundans se ab omni iniquitate carnis & spiritus, perficiat sanctificationem in timore Dei,* ut ait Apostolus.

Hæc est Veritas modò consideranda, quæ duplice ex capite deduci & declarari potest; Primo quatenus virgo seu anima, sponsa est Christi perficiōne seu perfectissimæ integratrici corporis & animæ vacare debet, quia hoc exigit sacrum istud Connubium, ut sponsa tota sit sponsa, ut sponsus totus est sponsa; Et tanto firmius simul cohærent, quanto magis similes & conformes inter se erunt. Ethoc videtur Christus Dominus innuisse cum virginibus illas reputat a sacris nuptiis, quibus debeat in vasis oleum. *Columba mea, inquit Sponsus, perfecta mea: Nihil Cant. 6.* illi debet oportet, quin vere dicatur, *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paescitur inter lilia.* *Ib. 2.*

Sed quia de hoc capite ac genere perfectionis supra dictum est; Secundum, ut de veritate propria deducatur, & quod est paulo attentius expendendum, hoc scilicet est, quod alioquin virgo, sponsa Christi, non esse ex prudentibus, sed ex fatuis virginibus, nisi ad integrum perfectionem.